UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Lex III. Lata à S. Petro. 1. Ep. c. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

Lex III. Lata à S. Petro, 1. Ep. c. 5.

FRatres ſobrii eſtote & vigilate. *Eſtote ſobrii ut Chriſtianos, & vel maximè Sacerdotes decet; quos non modò ſupra bruta, verùm etiam ſupra alios homines elevavit Deus: quò quis enim plus ſe dedit cibo & potui, eò brutis, quò minùs & parciùs, eò Angelis cibo non egentibus evadit ſimilior. Itaq;* Vigilate *atque ad vos ipſos attendite, toto menſæ tempore, atque in omnibus ferculis & ſcyphis, ne temperantiæ leges tranſgrediamini, & vel geſtibus & verbis, vel crapulâ & ebrietate Deum offendatis:* Quia Diabolus [*gaſtrimargiæ*] circuit [*præſertim tempore menſæ*] tanquam leo rugiens (*pro fame*) quærens (*in primis Sacerdotem tanquam bolum delicatiorem*) quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide, *charitate & temperantiâ.*

Lex IV. Condita ab Eccleſiaſtico. c. 4.

FIli conſerva tempus. *Id eſt* 1. *Statuto & convenienti tempore cibum ſume; & extra tempus ſine peculiari cauſa ne comede aut bibe. Pueri & pecora edunt ac bibunt, quoties lubet: tu verò Sacerdos per-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN